





15

DISSERTATIONEM IVRIDICAM SECUNDAM  
QVA DEMONSTRATVR

# CAVTIONEM VSV- FRVCTVARIAM

NEC VERI NEC QVASI VSVSFRVCTVS  
SUBSTANTIAM INGREDI SED SOLVM NATVRALE  
EXTERNVM ATTRIBVTVM ESSE

---

AVSPICIIS DIVINI NVMINIS  
AVCTORITATE ET LEGE  
RECTORIS MAGNIFICENTISSIMI  
SERENISSIMI ET CELSISIMI PRINCIPIS  
AC DOMINI

DOMINI

# GVILIELMI V.

AVRIACI ET NASSAVICI PRINCIPIS  
RELIQ.

---

PRAESIDE  
WOLRADO BVRCHARDI

I. V. L. ET PROF. P. O.  
DIE NOVEMBR. A. R. S. cl<sup>o</sup> I<sup>o</sup> cc lvii.  
H. L. Q. S.

PUBLICAE COMMILTONVM IMPVGNATIONI  
SUBIICET  
PHILIPPVS DANIEL NICOLAI  
DILLAEBVRGO - NASSAVICVS.

---

HERBORNAE  
LITTERIS REGELINIANIS.

DISSESTATIONES ET MEMORIAS

CAUTIIONES VZA  
TRUSTYANIA

IMPERIIS  
CIVILIBUS

WOLFGANG HOGHESDI

1580



DISSE<sup>T</sup>AT<sup>O</sup> IVRIDICA SECVNDA.  
DE  
CAVTIONE VSVFRVCTVARIA.

CAPVT II.

DE

CAVTIONE VSVFRVCTVARIA VERI  
VSUSFRVCTVS SVBSTANTIAM NON  
INGREDIENTE.

§. XVI.

**Q**uem vſuſfructus, vtpote in re aliena competens, Cautionis inuoluebat necessitatē vrendi dumtaxat et fruſuſfructuendi ſalua rei fructuariae ſubſtantia, ita, vt nec arianeateſſes, deterior res fieri deberet, nec vſuſfructarius formam ipſius nouam, licet meliorem, efficeret, nec ultra fructuum ordinariorū limites progredi posset, reſ ipſa tamen fructuarii curae ac manibus permittenda erat, varia hinc oriebantur impedimenta, periculum nempe de ipſa re eiusque ſubſtantia ſalua reſtiuenda, de modo vſuſfructus, et quae ſunt eius genetris alia. Multos enim forſan, utilitatem facultatum ſuarum caeteroquin aliis confeſſuros, dubium hoc remorabatur: utrum et fidem fructuarii ſecure et sine periculo grauiore ſequi liceret, nec ne? an timendum eſſet, ne fructarius limites ſibi tum per leges, tum per conventionem, praefcriptos ſit transgrediturus? Anne rei ſubſtantia, vel forma, finito vſuſfructu ad proprietarium ſalua ſit reditura? An denique fructarius plane denegaturuſ ſtitionem, vel moleſtam, poſſeſſione

C

rei

18 DISSERTAT. IVRIDICA SECUNDA. C.II.§.16,17.

rei fructuariae in tertium translata , proprietario rei vindicationis item esset creatorus ? Haec demum impedimenta fausto omniſe ſuſtulit Praeror singulari , vti in omnibus fere institutis suis , aequitate motus , in edito promulgato praefcribens : *Si cuius rei vſuſfructus legatus eſſe diſcretus ; inbebo , legatarium ſatiſdare , vſurum fruiturum ſe boni viri arbitratu ; & cum vſuſfructus ad eum pertinere deſinet , quod inde extabit , reſtituturum ei , ad quem pertinebit . Si vſus ſine fructu legatus erit , ademta fructus cauſa , ſatiſdari inbebo . Si non ſatiſdabit : actionem non dabo .* Prouti hoc eleganter et curate perfecteque reſtituere allaborauit GERARD. NOODT. lib. I de vſuſfructu cap. 18 p. 375. Quo autem tempore editum hoc publici factum fuerit iuriſ? non conſtat. Cautionis vſuſfructuariae argumentum ex instituto tractarunt ALBERTVS a LINE , Bafileae 1665 ; IO. CHRISTOPH. HARTVNG , Ienae 1681 ; IO. HENR. FELZ , Argentorati 1715 ; IO. BARTOL. HVGVINVS ibid. 1718. Vniuersum illud recoquere , noſtri non fert ratio inſtruti. Ea proinde , quae ad illuſtrandam noſtram theſin ; quod cauio fructuaria vſuſfructus ſubſtantiam minime ingrediatur , colluſtrandam pertinebunt , capita huic retulife ſufficiet.

S. XVII.

Duplex igitur appetit argumentum cautionis : I) Proprietarius reddit ſecurus de exercitio vſuſfructus ſecundum boni viri et patrifamilias officium. II) Promittitur reſtitutio rei fructuariae , quod inde extabit , finito vſuſfructu. Verba editi Praetorii quidem ſolum vſumfructum legato relictum exhibent ; nec origo huius cautionis , niſi ex fauore ultimarum voluntatum , quas conſeruari intererat reipublicae , deſcendere videtur : verum ob paritatem rationis et aliis vſuſfructus generibus (ſi excipias vſumfructum legitimum , L. 4 C. de bonis quae liberis ) communicata fuſt , L. 4 C. de vſuſfructu , L. 1 §. 2 D. vſuſfructuar. quemadmodum caueat. Non incongrue Praetor vſuſfructus exercitium boni viri arbitra-

Cautionis  
vſuſfructu-  
ariae capi-  
ta.

trans terminari voluit, quia contingere potest durante vſuſructu, vt res fructuaria casu fortuito sine dolo malo deterior exiftat, nec tamen ideo fructuarium contra leges de ſalua rei fructuariae ſubſtantia feruanda peccafe, iure quis valebit afferere. Sufficit enim nec dolo, nec culpa, ſubſtantiam corrupſe; quippe caſus fortuitus in proprietarium qua dominum redundant. Nec item quis moueat eo ex capite, quod reſtituendum ſit ſolum id, quod finito vſuſructu extat, putans ideo ſubſtantiam ſaluam reſtitui non eſſe neceſſarium. Nam haec verba aliud plane innuunt, nempe, non requiri in vſuſructu, vt res fructuaria attritioni obnoxia vgr. vefis, non attrita, nec minimum quidem vſu deterior reddita, vel quodammodo corrupta reſtituatur, L. 9 §. 3 D. vſuſructuar. quemadmodum caueat; alias enim nul- lam praefatet vrlitatem fructuario, qui eam non ſuis vſibus, quamuis boni viri arbitrio, applicare poſſet, ſed curate faltem custodire et finito vſuſructu incorruptam et in omnibus vel minutissimis qualitatibus ſaluam proprieſario reddere deberet. Verum ſufficit, ſi fructuarius, qui omnia commoda ordinaria, fructus et vtili- tates rei pro arbitrio boni patrifamilias percepit, et nullum nec dolo, nec culpa aut negligentia intulit da- minum, id quod finiti vſuſructus tempore ſupereft, proprieſario reſtituat, non autem detrimentum ex vſu rei per ſe contingens aut caſu fortuito illatum, quippe quod proprieſarius tanquam dominus retenetur ſentire, praefat.

## §. XVIII.

Quaerentibus: quale cautionis genus proprieta- rium de vitroque hoc capite ſecurum praefare debeat? ipſe Praetor diſertis reſpondet verbiſ: *satisfari in bebo.* Quippe igitū 1) ſatisfatio fideiūſſoriam cautionem de- notat, & 2) omnis cauio praetoria datis fideiūſſori- bus praefanda eſt: hinc quoque fideiūſſoriam praefcri- ptam fuſſe iure Romano quiuis intelligit.

C 2

Cautionis  
praefan-  
dac genus.

## §. XIX.

20 DISSERTAT. IURIDICA SECUNDA. C. II. §. 19.

§. XIX.

Cui cautio  
sit pra-  
stantia?

De personis, quibus securitas sit praestanda; apprime satis Praetor in edito generatim dispositus: *et ad quem pertinebit.* Quae verba mentem ipsius sufficienter declarant, indicantque, omnes quorum interest, vel quis vsusfructus ad ipos tandem reverteretur finitus, vel quia periculum quoddam ratione ususfructus alteri competentis sustinet. Huc respiciunt: I) proprietarius, unus, vel plures, horumque heredes, *L. 9 §. 4 D. usfr. quemadmodum caueat.* II) Heres proprietarii et is cui proprietas rei fructuariae ex die vel sub condizione est relicta; incertus hoc iubet euentus; quia si ususfructus finiatur ante existentem conditionem et venientem diem, ad heredem; sin veniente die et existente conditione tollatur, ad legatarium proprietatis eiusque heredes reddit; sin denique deficiente conditione extinguitur, ad heredem solum reverteritur ususfructus, et ad legatarium nihil peruenit, *L. 8 D. ususfructus quemadmodum caueat.* III) Legatarius proprietatis pure nominatus, cui soli, non eriam heredi testatoris, quippe cuius ne latum quidem vnguem interest, cautionem praestari conuenit, *d. l. 8 D. ususfructus quemadmodum caueat.* IV) Legatarius proprietatis & is, cui res fructuaria ex ultima voluntate postea ab eodem legatario est restituenda, cum utriusque intersit, *d. l. 8.* V) Heres testatoris & socius ususfructus, quando pluribus simul ius ususfructus eiusdem rei constitutum fuit. Nam utrumque manet periculum damni, heredem seu proprietarium, ob reversionem ususfructus aliquando cestantis; socium autem ob ius accrescendi, quod extincta socii sui ususfructus portione, hanc ad ipsum transfert, et ex causa totius ususfructus, tempore restitutionis, obligat eundem: propterea & illi securitatem praestari, et hos sibi iniucem cauere est necesse, *d. l. 8, IOANNES VOETIUS in Commentar. ad Digesta lib. VII tit. 9 §. 5 p. 392.* VI) Qui, facta a proprietario eiusue herede alienatione

rei

rei fructuariae, proprietatem adquisitum; quippe finitus vſuſructus ad ipsum redire debet, L. 3 §. 4 D. cod. VII) Quando relictus cuidam vſuſructus, vt idem hunc alteri restituat; tunc si in primum vſuſructuarium recidere possit, primus vſuſructarius proprietario, et secundus primo, cautionem praestare tenentur; fin vero res ita comparata sit, vt vſuſructus ad primum redire nequeat, secundum proprietario securitatem dedisse sufficit, L. 9 pr. D. cod.

## §. XX.

Sequentibus verbis: *si vſus sine fructu legatus erit, In vſu, haſdem fructus cauſa, ſatisdari iubebit, quae in L. 5 §. 1 D. cod. continentur, praetor fructuariae cautionis limites ab vſuſructu ad vſum extendit, ut in hoc non minus securitas praefari debeat. Nec sine ratione. Nam est secundum eodem quo vſuſructarius modo vſuarius rem alienam commodi percipiendi cauſa nanciscitur, et proprietarius fidem ipſi habere debet de re ſalua restituenda. Et si rem curate perpendamus, in vſu potior adhuc eſt ratio quae praefrandae cautionis necessitatē iniungere videatur. Nam in vſuſructu omnia commoda ordinaria pro patrisfamilias boni arbitratu percepta fructuario domini iure ſunt adquifita; vſuarius vero ſolas percipit utilitates pro ſua ſuorumque necessitatē, et reliqua emolumenta proprietario restituit. Quia autem ratione hic ſecurus eſſe poterit, vſuarius vltra necessitatē non eſſe progressurum, et ſibi omnia praeter necessitatē percepta emolumenta ſine fraude reſtituturum, niſi per cautionem leges proſpicterent? Quare et in hoc capite, nimirum quia de non progrediendo vltra necessitatē limites ſecuritas eſt praefanda, eiusmodi generis cautionem ab ea, quam praefat vſuſructarius, (§. 16 et §. 17 ab initio) maxime distare, quilibet perſpicit; conf. d. l. 5 §. 1 D. vſuſructuar. quemadm. caueat. Neque minus in habitacione, operarum feruiture, reddituue, cautionem hanc praefari debere, exprefſae iubent leges,*

22 DISSERTAT. IVRIDICA SECUNDA. C. II. §. 21.

L. 5 §. 3; L. 6, L. 11 D. eod. LVDER. MENCKEN. in *Syste-*  
*matice iur. ciuilis secundum ordinem Digestorum lib. VII tit. 9*  
§. 8 p. 162.

§. XXI.

Conse-  
quend. e  
cautionis  
medium.

Sed et praetor pro suo more cogendi medium adiecit, dicens: *si non satisfacteris, actionem non dabo.* Sequens hic supponitur factum: Titio vel ex conuentione vel ultima voluntate debetur usufructus, usus, cert., sed rei possessio, exercendo huic iuri necessaria, nondum fuit translata; fructarius exactam a se cautionem denegans agit contra proprietarium eiusque heredem, petens ut per traditionem rei exercendi iuris sui potestatem adipiscatur. Verum quia cautio per leges in proprietarii fauorem praescripta abnuitur, opposita exceptione nondum praefitrae cautionis, MULLER ad *Struui Syntagma iur. ciuilis Exercit. XII thes.* 68 p. 794 Tom. I, praetor pronunciat, actionem hanc stricto iure competenter ob denegatam cautionem effectu destituit. Adeoque verbis hisce editi non indicatur, nullam a Praetore dari actionem, sed actionem pro petendo usufructu institutam non prodeesse ad condemnandum reum, nisi praefixa iamdum cautione. Nam 1) promiscue interdum in iure occurunt verba: *ipso iure non habere actionem, et infirmare actionem ope exceptionis;* quippe in effectu extremo nullum agnoscent discrimen, arg. L. 112 D. de regulis iuris. 2) Praetor non fuit auctor actionum ex testamento, aut ex stipulatu quae ad petendum usumfructum in ultima voluntate relictum aut stipulatione promissum, ex legibus ciuilibus competebant; hinc proprie dicendo, actionem eiusmodi *se non dare*, i. e. denegare velle, ipsi haud conueniebat, quia expressas leges ciuiles directe rollere, aut eam actionem, quam ius ciuale dabant, denegare aperte non poterat. Pariter 3) hoc in argumento exceptio nondum praefitrae cautionis disertis verbis opponenda erat, et tunc aliquanta caufae cogniti.

cognitione vel ideo opus esse videbatur, quia Praetor ignorabat, vtrum proprietarius, ab vſufructario pro transferendo vſufructū conuentus, cautionem remittere velit, an nolit? Cui siue intentioni, denegandas nimurum ante cautionem praestitam actionis, nimis stricte inhaesit, ita, vt, si fructuarius possessionem rei naectus, proprietario statim a traditionis tempore cautionem vrgenti, hanc praestare nolit, omnes a sua possessionis tempore vſque ad praestitae securitatis momentum percepti fructus, non vſufructario, qui ob denegatam cautionem in vitiosa constitutus possessione, nullo iure hos percipiendi gaudet, sed proprietario de cautione nondum praestita querelas mouenti, iure dominii adquirantur, et partem ipsius rei fructuariae seu fortis constituant, MULLER. ad Strunii *Syntagma iur. civilis l. cit. thes. 68 p. 794 seq.,* VOET l. cit. lib. VII tit. 9 §. 3 p. 391. Secus tamen se habet in fructibus, quos fructuarius, ante petitam cautionem, tacente antea proprietario, percepti. Hos enim, praestita licet necdum cautione, iure dominii accepit, quia proprietarius, fauori suo renunciare non prohibitus, haud contradixit, VOET. l. cit. Hoc superest ut in altero argomento, si nempe res fructaria penes vſufructarium iam deprehendatur, sub verbis editi prætorii expresse quidem non comprehenso disquiramus, quaenam media competant proprietario, cui vſufructuarius in ipso iuris illius exercitio deprehensus cautionem denegat? Duae hanc in causam proditae sunt actiones. Altera vocatur *conditio ex lege L. 7 pr. D. vſufructuar. quemadmod. caneat,* petendas ab vſufructuario cautioni, immediate ex lege, inferuiens; vt cogi nimirum queat ad praestitam securitatem, a iudice, implorato eius hac de causa officio, MENCKEN. l. c. §. 2 p. 160. Altera est *rei vindicatio*, qua mediante proprietarius, vſumfructum nullo iure ad fructarium spectare afferens, vi dominii rem repetit, et altero exceptionem  
vſuſ-

24. DISSERTAT. IURIDICA SECUNDA. C.II. §. 21, 22, 23.

vſuſructus ſibi conſtituti obiiente, cautionem nondum praefitam eſſe, adeoque nihil iuris in re poſſeffa vſuſructario competere, replicat, d. L. 7 pr. Nec minus implorationem officii indicis in fuos vſus conuertere potest proprietarius, L. 13 pr. D. de vſuſructuſ, ANDREAS GAILL. lib. II obs. 46 n. 5.

Quo me-  
dio opus  
ſit, fi ſe-  
cūritatem  
perfidiaſ-  
foris aut  
pignora  
praefata  
nequeat  
vſuſructu-  
arius?

§. XXII.

Dificilis et inter JCTos agitata quaëſtio occurrit: quale remedium ſuppetat, fi vſuſructarius ſecuritati praefandae paratus nullam nec per fideiuſſores, nec per pignora, inuenire poſſit? Ex rigore iuris, vt ſu-  
pra monuum, fideiuſſores mediante ſtipulatione erant dandi, arg. L. 1 pr. D. vſuſructuar. quemadm. cau., iunct. L. 7 D. de praetor. ſtipulation.; defiſcientibus tamen fideiuſſoribus ex acquireat in ſubſidium admittebatur pi-  
gnorum conſtituio, quippe fauor ultimarum voluntati-  
tum ad vſumfructum inter viuos confeſſum ampliatus id requiriſſe videbatur. Sed fi et haec ſecuritatis ge-  
nera aut media defiſcant, idem ille fauor, qui non permiſſit, vt quis infortunio depreſſus et amicis de-  
ſtitutus, ob hanc inopiam, a liberalitate teſtatoris, que forte res familiareſ minus ordinatas priſtino vi-  
gori reſtituere valer, penitus excludatur, iubet, vt  
index pro ſuo officio arbitrioque aeftimer, quale con-  
ſultiuſ medium; vtrum fidem fructuarii iuratam, an  
nudam eius promiſſionem tuto ſequi liceat, nec ne? Num adminiſtratio rei et fructuum vſuſructario praefan-  
dorum ipſi proprietario, an tertio, fit committenda? an pro certa mercede fructuario quotannis praefanda elocari debeat? IO. VOET. l. cit. §. 9. p. 391, PETRVS MULLERVS l. d. theſ. 65 p. 789 ſqq.

§. XXIII.

Cauio in  
verbo vſu-  
fructu  
praefan-  
da voca-  
tio  
praefato.

Caurio haec igitur in vſuſructu praefanda a  
Praetore deſcendit, adeoque praetoria non male vo-  
catur, ab ea, quea in quaſiuſructu ex SCto ſpecia-  
li introducta eſt, quam longiſſime diſtant; ſiquidem haec

C.II. §. 23, 24. DE CAVTIONE VSUFRVCTVARIA. 25

haec aliud plane obligationis genus pro obiecto agnoscit, et aliam complectitur formam, atque ideo, quia ex SCto descendit, *Senatoria*, vel etiam *civilis*, quoniam ex vna specierum quinque iuris scripti *civilis*, praetoriis edictis oppositarum, nata est, audit, *HERMANNVS VULTEIVS in Iurisprudentia Romana* §. 3482 seq. p. 564, praesertim *MULLER ad Stru. Ex. XII* §. 73 n. 9 p. 787; *JACOB FRID. LVDOVICI in usu præc. distinct. inridicar. lib. VII tit. V dist. I p. 165.*

§. XXIV.

Num cautio fructuaria in usufructu praestanda sit attributum essentiale? iam erit disquirendum. Dis-  
fensus emergit inter JCtos. Alii affirmant; alii contra stantia v-  
negant. Affirmantes sequentibus nituntur argumentis:  
I) usufructuarium non posse cum effectu agere, seu uti  
*L. 13 pr. D. de usufructu* exhibet, non esse prius dan-  
dam usufructuario actionem, quam satisdederit. II)  
Usufructuarium, re iam possessa, si cautionem a se  
exactam praestare recusat, post petitam cautionem,  
nullo iure fructus rei sibi adquirere posse sed propri-  
etario ad illos restituendos obligari cum forte seu re  
fructuaria, arg. *L. 24 D. de usu et usufr. legat.*, iuncte  
*L. 46 D. de pactis*; quippe habeatur malae fidei posses-  
sor, qui ne percipiendo quidem fructuum dominium  
adquirat, arg. §. 33 *I. de A. R. D.* III) Testatorem,  
cuuius voluntatem, ex legibus XII Tabb. liberriam,  
legis instar alioquin venerari et sequi oportet heredem,  
quamvis in eius præiudicium quodammodo  
tendere videatur, arg. *Nou. I cap. II* §. 2, hanc cau-  
tionem non posse remittere cum effectu, *L. 1 C. de*  
*usufr.*, *L. 7 C. ut in possession. legator. seruandor. causa*  
*mittatur*; adeoque hanc usufructus ingredi substantiam.  
IV) Quodsi usufructuario prius cautionis caput, nempe  
de vendendo boni viri arbitratu, vel a testatore, vel ab he-  
rede, seu alio proprietario, remitteretur, abutendi fa-  
cultas concessa videretur; quae pactio tamen tanquam  
D turpis



26 DISSERTAT. IURIDICA SECUNDA. C. II. §. 2425.

turpis non sit toleranda, SAMUEL de COCCEII in iure  
civili controverso lib. VII tit. 9 quaeſt. 5 p. 515 ſeq.

§. XXV.

Negan-  
tium ar-  
gumenta  
affirman-  
tibus op-  
poſita.

Negantes contra respondent: I) cautionem vſu-  
fructuariam nondum praefitam per ſe non admere  
legatario actionem, ſed eo caſu, quo heres vel pro-  
prietarius exceptionem nondum praefitae cautionis  
oppoſat, ideoque cautionem expreſſis petat verbiſ,  
vſufructarius aurem tergiueretur; quippe ſi vſufruc-  
tuario rem fructuariam iponte praefare velit proprie-  
tarius, nec cautionem expreſſe petat, ius vſufructus  
omino tranſeat, et fructus ad iſpum dominii iure  
ſpectent; vſufructuarium enim ſecuritatem offerre non  
teneri, niſi petatur ſeu exigatur, arg. L. 2 §. 1 D. quod  
legatorum; quod multis conformat argumentis MULLER.  
ad Sirum. l. c. theſ. 68 n. β p. 792 ſeq. II) Vſufructua-  
rium, qui non praefita cautione exercet vſumfructum ſibi  
conceſſum, non ſimpliciter, nec ob exercitium vſufructus,  
antequam ſatisdedit ſuceptum, ipſo iure et per ſe pri-  
uari commodis ac dominiuo fructuum perceptorum,  
horumque fructuum cauſa proprietario ad reſtitu-  
tionem agendi ius atque media competere; ſiquidem ri-  
goris huius, ut vſufructarius, ſi hanc cauſam ſpeciatim  
conſideremus, nullos fructus iure dominii capere que-  
at, ratio in eo poſita videatur, quod dolo malo cau-  
tionem lege permittente exactam, (quo in caſu neceſſa-  
ria eſt) praefitare nolit, PETR. MULLER. theſ. 68 p. 692.  
Vſumfructum enim et ante exactam cautionem eiusque  
praefationem ſuſiſtere poſſe, vberius declarat L. 7 pr.  
D. vſufructuar. quemadmodum caueat, quae de fructibus per-  
cepitis proprietario, cautionem urgenti, cum ipla re-  
fructuaria reſtituendis diſponens, ne uno quidem vo-  
cabulo quidquam huius commatis refert, nec ius vſu-  
fructus iniuste apud vſufructuarium fuisse pronunciat, ele-  
ctionem potius proprietario concedit, virum rem ſuam  
vindicando repeteret, an conditione ex lege ad praefan-  
dam cautionem cogere malit vſufructuarium? Fruſtra enim  
prae-

C. II. §. 25, 26. DE CAVTIONE VSVFRVCT. 27

praefstandae cautionis gratia actio contra fructuarium institueretur, nisi vſusfructus, quo iam gauſlus fuit, et antea validus fuſſet, et efficax in posterum maneret. III) Cautionem hanc non propter ea, quod substantiam vſusfructus conſtituat, a testatore remitti non posſe; ſed quia in ſpeciale heredis fauorem, ex lege introductum, tendat, quem priuatorum diſpoſitionibus, herede inuitio, lege non permittente, tollere abſonum et iniquum fore, wolfg. ad. LAVTERBACM. in colleg. theor. præt. lib. VII tte. 9 §. 13 p. 525. Exemplio res fiet clarior. Iure Digestorum testator quartam Falcidiam in fauorem heredis praefertim introductam, L. 71 D. ad L. Falcidiam, ne detraheretur, prohibere nullo modo poterat, L. 15 §. vlt. D. cod., donec Nou. I cap. II §. 2 expreſſam hanc largiretur facultatem; quis autem hac ex cauſa dixerit, detractionem quartae Falcidiae ad eſtentiam hereditatis, quae ultra dodrantem legatis et eius generis oneribus grauata erat, antea pertinuisse, et ea proprie prohiberi a testatore non potuisse? quum multi alii, qui Falcidiae non darent locum, et tunc temporis iam exiſtent modi. IV) Remiſſionem, quae ab herede ſeu proprietario pro ſua voluntate uſſicpitur, non concedere facultatem abuſendi, ſed nit tantum in fide, quam ille in vſusfructuari poſitam habet, quippe et emergente poſtea abuſu non obſtare videatur, quo minus cautionem antea remiſſam exigere mutatis reum qualitatibus optimo iure poſit.

§. XXVI.

Negantem nos probamus ſententiam, dicentes: Negans  
cauſio vſusfructuaria non ad eſtentiam vſusfructus ſpectat, ſententia  
ſed eſt attributum naturale externum. Conf. MAR. AVREL. Probatur,  
GALVANI Diſſertationes de vſusfructu cap. XIX n. VI p. 207  
ſeq. et n. 9 p. 210, primae edit. in fol. Patauui 1650.  
Subtantiam non pendere ex vſusfructuaria cautione,  
ſequentiibus demonſtro argumentis. I) Nullibi in le-  
gibus vocatur attributum ſubtantiale, et nec in defini-



38 DISSERTAT. IURIDICA SECUNDA. C. II. §. 26.

tione vſuſfructus, L. 1 D. de vſuſfr., et pr. I. cod., nec in d. tit. Inſt. cautionis fructuariae vel vila legitur littera. II) Quod faluo negotio abesse potest, certe non est esſentialē, (§. 3 cap. 1); cum autem 1) in vſuſfructu patris legitimo, L. 8 §. 4 C. de bonis quae liberis; 2) si filio relietus sit vſuſfructus, L. 1 §. 18 D. ut legat. vel fideicom. fernand. cauſa, L. 2 §. 1 D. de fundo dotali; 3) in vſuſfructu, quem omnium bonorum donator sibi reſervauit, arg. L. 62 D. de aedilitio edictō, L. 28 D. de regulis iuriſ, et similibus cauſis, abesse posſit cautionis praefrandae hoc onus: neminem fore, qui ad eſſentiali illud requiri putet, credimus. III) Quia iure Romano veteri prius quam Praetor cautionem hanc ſuo introduxerat edictō, vſumfructum cum effectu conſtitui potuifſe, eo minus dubitandum conſemus, quod ne Senatus quidem Romanus eſſentialiam vſuſfructus mutare potuit, §. 2 I. de vſuſfructu, nedium praetor, GALVANVS l. c. p. 208; iure autem recentiore ante praefitam ſecuritatem vſuſfructus ſubſtitit validus, donec hanc perat proprietarius eiusuſ heres, L. 2 §. 1 D. quod legaturum, MULLER ad Struu. l. cit. thes. 69 p. 759 Tom. I. Nam vbi in L. 7 pr. D. vſuſfr. quemadmodum caueat proprietario duplex actio, cum facultate alterutram eligendi, aduersus vſuſfructuarium ad exigendam ſecuritatis praefationem, poſſidente iam ipſo vſumfructum, permittitur, nec 1) viſquam in ea legitur, nullo iure vſumfructum huc viſque ad vſuſfructuarium pertinuisse, nec 2) ab ipſo et fructus perceperos, quos tamen, ſi ob defectum attributi eſſentiali negotium fore nullum, reſtitui oportere, repetit proprietarius. IV) Quia heres in vſuſfructu mortis cauſa conſtituto, ſive proprietarius quilibet in vſuſfructu inter viuos translato, hanc cautionem recte remittit, L. 46 D. de paſtis; quippe a) in ſoliſ heredis ſen. proprietarii fauorem eft praefcripta, cui quifque libere renunciare potest, L. pen. C. de paſtis, et arg. L. 21 D. ad L. Falcidiam, b) nec iuri publico derogatur, vnde prohiben-

C.II. §. 26, 27. DE CAUTIONE VSVFRVCTVARIA. 29

bendi rationem defumere intenderet aliquis, sed priuatum simpliciter respicit utilitatem, *GALVANVS l. c. cap. XX n. IX p. 223*, cum et vſuſructus non publici, sed mere priuati, est iuris, *GALVANVS cap. V n. 1 p. 28*. Nec obſtat, quod eiusmodi pactum remiſſae vſuſructua-rio cautionis, ſaltim quod ad primum caput, *de viendo nempe boni viri arbitram*, attinet, inuiraret ad delin-quendum, dum libere permitteret, et fines vſuſructus transgrediendo, abuſum rei fructuariae inuehere; ſiquidem pactum eiusmodi 1) nititur fide ac ſpe, vſuſructua-rium non male vſurum, 2) non concedit abutendi fa-cultatem, et 3) ſupponit clauſulam, *rebus ſic ſtanribus*, vi cuius, emergente citra opinionem abuſu, cautio an-tea vel expreſſe vel tacite remiſſa, poſtea peti ſeu ex-igi iure poterit, *IOANNES GOTFR. SCHAVMBVRG. in an-novationibus ad Struui iurisprudentiam forensem lib. II tit. 8 aphor. 10. p. 243*, *ARNOLDVS VINNIUS in Commentar. ad Inſtit. lib. II tit. 4 ad pr. n. 4 p. 241*, *IVST. HENNING. BOEHMERI Doctrina Pandectarum lib. VII tit. 9 ſ. 1 p. 245*. Omnia enim paſta, renunciations, ſimiliaque negotia, latius minime ſunt explicanda, quam de quo cogitare potuerunt, et in quod conſenſerunt, partes pacientes, quod in praefenti cauſa de dilapidatione et abuſu re-rum in vſuſructum, remiſſa eius cautione, confeſſa-rum dici ſane nequit. De hac enim faluo negotio cogitari nullatenus potuit. Diſſentientes ad ſolidam *CAROLI PHILIPPI KOPPII (IOANNIS ADAMI filii tanto patre, quem viuum aliquando tota venerabatur Hassia, digni) Diſſertationem Marburgi anno 1750 pro gradu Docto-riſ in utroque iure defenſam, de Clauſula rebus ſic ſtanribus cap. II ſ. 11 p. 56 seq. ſ. 14 p. 59 et alibi paſſim per rot. remittere licebit.*

§. XXVII.

Naturale potius externum attributum eſſe videtur Cautio cauſio vſuſructuaria, (ſ. ant.) h. e. praeter eſſentiam veri vſuſructus eſt ad negotium ex legiſ praefcripto neceſſaria eſt cauſio,

D 3

ita,

naturale  
attribu-  
tum.

ita, ut, quamvis nulla hac de re pactio fuerit inita, nihil secius pertente proprietario praestanda sit, nec liberare se queat fructarius ab hoc onere, inuitu proprietario, nisi casibus lege speciatim exemtis; interim speciali remissione heredis seu proprietarii mutationem parti et abesse possit, (§. 8 cap. I). Nam 1) ad essentiam non requiri hanc securitatem plenius demonstrat §. ant. 2) Ex legis praescripto eam introductam fuisse, non ex pacto, comprobat L. 7 pr. D. usfructuar. quemadmodum caueat. 3) Nulla pactione ad petendam securitatem operus esse vel exinde appetet, quia ex lege ortum trahit, et in L. 7 pr. D. cod., ubi de coactione usfructuarii ad securitatis praestationem est sermo, vel alibi, nec ex pacto nec ex stipulatu actio, sed rei vindicatio vel conductio ex lege tribuuntur; praeterea quoque quod emergente abuso, remissa quamvis ab initio per conventionem, postea iure exigitur cautio, (§. ant.). 4) Hoc incommodo non liberari usfructuarium inuitu proprietario, conuincimur, quia usfructuarius ante praestitam cautionem cum effectu contra proprietarium agere non potest ad rem fructuariam tradendam, L. 1 C. de usfr., L. 13 D. cod., nec re iam tradita, si proprietario petenti satisfare nolit, fructuum dominium, ab exactae usque ad praestitae cautionis momentum, sibi arrogare potest, sed hos tanquam accessionem rei fructuariae, quippe quam mala fide et iniuste detinere videtur, finito restituere tenetur usfructu, (§. 25 n. II). 5) Pacto speciali heredis seu proprietarii remitti posse cautionem, §. ant. n. IV ad oculum demonstrat. Naturalis illius requisiti haec est qualitas, ut quamvis pacto remissum fuerit, tamen si in eum incidat casum, in quem contrahentes non consenserunt, nec salvo consentire potuerunt negotio, nimur si re abutatur usfructuarius, peti nihilominus securitatis causa, tum pro salua substantia, tum pro restitutione rei, queat, conf. §. ant. ad finem; cum alias ad renunciata non com-

C.II. § 27, 28. DE CAVTIONE VSVFRVCTVARIA. 31

competat regressus. Et in foro naturale tantum habet requisitum, non essentialie, quamvis testator il lud cautionis omnis heredi, in cuius favorem introductum fuit, auferre nequeat, probant IO. SCHILTER in *Praxi iuris Romani Exerc. XVII* §. 65 p. 89 Tom. II, GAILL, lib. II obs. 45 n. 1 p. 504 seq., BENED. CARPZOV. Parte III conf. XIII def. 12 p. 798, LAVTERBACH, l. cit. §. 13 p. 525, IO. VOET, l. c. lib. VII tit. 9 §. 9 ad fin. p. 393.

§. XXVIII.

Dubium si quis denique moueat, dicendo, re-missionem satisfactionis sicuti a testatore, ira et ab he-rede seu proprietario, fieri non posse; quoniam, si cau-tio decesserit, nulla proprietario legitima, tum pro re fru-ctuaria restituenda, tum pro damno forte illato resarciumdo, supersint media, respondendum est, actiones tum praefixa, tum exculfa vel remissa per pactum cautio-ne, competere plures. Priori enim casu nascitur actio ex stipulatu, et hodie vbi pactum intercessit condicatio ex moribus cum pro re restituenda, L. 1 §. 6 D. usufri. quemadmod. caueat, (vbi simul proprietario saluum est eligere, an potius rei vindicatione vti malit? arg. L. fin. D. usufriuctuar. quemadmod. caueat) tum pro damno, quod in re fructuaria illatum fu-it, reparando, WOLFG. ADAM. LAVTERBACH. in col-leg. theor. pratico lib. VII tit. 9 §. 11 et 12 p. 524. Posteriori autem, vbi excluditur aut remissa fuit cautio, de damno illato agitur vel ex lege Aquilia, vel furti, vel interdicto quod vi aut clam, L. 13 §. 2 D. de usufriuctu; res ipsa rei vindicatio-ne repetitur, d. l. fin. D. usufriuctuar. quemadmod., 10. HENR. de BERGER in oeconom. iuris lib. II tit. 3 §. 24 not. 3 p. 336, MULLER. ad Struu. l. cit. thes. 66 p. 790 seq. et thes. 69 p. 793, LVDER. MENCKEN. in systemate iur. ciuil.

secundum Digesta lib. VIII, tit. 9 §. 8 p. 162,

WOLFG. ADAM. LAVTERBACH. l. c.

§. 14 p. 525.

Actiones  
propriet-  
ario, remis-  
sa cauio-  
ne, contra  
usufriuctu-  
arium  
compe-  
tentest.

CO-



## COROLLARIA.

- I) Liberi a parentibus conuenti, tum ex verbis, tum ex mente legum, beneficio competentiae gaudent.
- II) Nobiles, qua nobiles genuino iure Germanico eodem competentiae iure fruuntur, quamuis ex praxi quarundam Germaniae prouinciarum, nisi militiae nomen dederint, negetur.
- III) Dispositio iuris Pontificii de bona fide continua nec vñquam interrupta in vsucapione, erroneo nititur principio, et quamuis vsu fori sit recepta, tamen ad solam rerum alienarum adquisitionem mediante vsu capione vel praescriptione, pertinet.
- IV) Sine JCtis commode non subsistit respublica.
- V) Lex diuina *Leu. XX v. 11, 12*, incestui in linea recta mortis poenam praescribens, nec caerimonialis, nec forensis, sed moralis esse videtur.
- VI) Apostolus Paulus in Epistola ad Philemonem scripta, pro huius sermo Onesimo, ex principiis iuris Romanii, nec fideiuissit, nec expromisit, sed dumtaxat constituit.
- VII) Ius Romanum philosophiae morali et rationi status Romanorum optime fuit conueniens.
- VIII) Ius Romanum publicis quidem legibus, in subsidium tamen, saluis nempe moribus et legibus patris, in Germania est receptum.



**ULB Halle**  
006 398 758

3



X 2203495

Sb.

KDZ  
VD 18





15

DISSERTATIONEM IVRIDICAM SECUNDAM  
QVA DEMONSTRATVR

# CAVTIONEM VSV- FRVCTVARIAM

NEC VERI NEC QVASI VSVSFRVCTVS  
SVBSTANTIAM INGREDI SED SOLVM NATVRALE  
EXTERNVM ATTRIBVTVM ESSE

---

AVSPICIIS DIVINI NVMINIS  
AVCTORITATE ET LEGE  
RECTORIS MAGNIFICENTISSIMI  
SERENISSIMI ET CELSISSIMI PRINCIPIS  
AC DOMINI

DOMINI

# GVLIELMI V.

AVRIACI ET NASSAVICI PRINCIPIS  
RELIQ.

---

PRAE SIDE

**WOLRADO BVRCHARDI**

I. V. L. ET PROF. P. O.  
DIE NOVEMBR. A. R. S. cl̄ Is cc lvii.  
H. L. Q. S.

PVBЛИCAE COMMILTONVM IMPVGNATIONI  
SVBIICET

**PHILIPPVS DANIEL NICOLAI**  
DILLAEBVRGO - NASSAVICVS.

---

HERBORNAE  
LITTERIS REGELINIANIS.